

perficiendum nostram scienciam pre-
ferre nulla est insufficientem agnos-
cimus. verumptamen ne propterea e-
lingues et insui ab emulis iudicemur
et ne vestre honeste petitioni arrogan-
tes videamur confidentes de meritis
sancti et de vestris orationibus vocante
etiam in auxilium Christum qui lin-
guas infancium facit disertas pro-
posse nostri ingenio appropinquamus hy-
storiæ præfati sancti Gregorii quasi
de novo exequi. Nempe enim legendam
corrigere propter barbarismos quibus
est implicata et multa inepta quibus
est intricata est nimis valde labo-
riose et velud impossibile. hysto-
riam tamen non ad faciem et ver-
borum ostentationem sed scribimus
ad intelligentiam et animarum
edificationem. hoc etiam opus tamen
quia nimis prolixum est cum
etiam ut facilius inveniat quid
questratur in septem libros dividimus.